



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118898**

§. 68. Actum de reconciliando utroque Duce.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

Sæc. XVII.  
A. C. 1614.

§. LXVIII.

*Aetum de reconciliando utroque  
Duce.*

*Cont. Sleid.* Interim ad prævertendas belli calamitates die decima Junii Vesaliæ l. 19. *Cluver. epit.* conventus habebatur, in quo Fœderatorum Ordinum Legati Neoburgicos hortabantur, ut Düsseldorfii præsidarios intra tridui spatum dimitterent, atque a munienda civitate abstinerent: quibus tamen Neoburgici non sine sibilo responderunt, se restituta in integrum Juliacensi urbe, quicquid in se esset, prompte facturos: cum igitur neutra pars de jure suo cederet, re infecta discessum est. Neoburgicus tamen Princeps pacis studiosissimus datis literis exponebat, quam iniquo ferret animo, quod ipse inscius & invitus, præsidiariis suis urbe ejectis, arce Juliacensi pene excluderetur, Ordines vero non sine maxima Cæsarlis, aliorumque Imperii Principum offensione possessionem tot sumptibus ac laboribus assertam interturbarent, inducta sequestratione, quam tamen ipsimet antea in Leopoldo Archiduce damnassent: proin præprimis peteret, ut arcis Juliacensis in integrum restitutio fiat, vicissim vero ipse, si idem Brandenburgicus sit

sit facturus, etiam ante hanc restitu- Sæc. XVII.  
tionem promittere paratus esset, nihil A.C. 1614.  
se unquam adversus Brandenburgicos  
moliturum, sed pactis ac transactionibus  
arcem & omnia ad Juliacensem Regio-  
nem pertinentia futuro legitimo succes-  
fori integre conservaturum, cunctaque  
communi familiaritatis jure administra-  
turum, obtento ad id Cæsaris aliorum-  
que, quorum interest, Principum con-  
fensu. Verum hæc omnia pacis consi-  
lia everterat immodica ditiones latius  
protendendi cupiditas.

## §. LXIX.

*Gloriosa Marchionis Spinolæ expe-  
ditio in Juliacensi Ducatu.*

Cum igitur ex Brandenburgensium per- Ferrar. Hist.  
tinacia novæ indies concitarentur Hisp. p. 215.  
turbæ, Mathias Cæsar & Philippus III. Merc. Gall.  
Hispaniæ Rex pacem, quam concordiæ Ludolff. I.  
pactis obtainere haud poterant, armis 14. c. 2. n. 27.  
extorquere decreverunt: quo circa Al-  
berto Belgii Principi, atque Archiduci  
negotium dabant, ut Neoburgico Duci  
validam præstaret opem. Hic itaque  
numerousum contrahit exercitum, cui  
Ambrosius Spinola Marchio auspiciis &  
voluntate Hispaniæ Regis præfectus,  
Rhenum dextera, lœvaque copiis suis  
ac victoriis percurrit, & primo quidem

A a 3 im-